§. 1. Nos autem, qui ab usum illum in praedicta Epistola nostra tamquam turpem Christianae professionis occultationem ad infidelitatem accedentem pronuntiavimus, maximo cum Pontifici animi nostri moreore accepimus, quod quamplurimi istius Provinciae, posthabita aeternae salutis ratione, eadem Turcica, sive Mahumetana Nomina usurpare pergant, non solum ut a tributis & oneribus illis quae Christifidelibus imposita sunt, vel imponi saepe contingit, immunes & liberi sint & habeantur, verum etiam ut tam ipsi, quam eorum Parentes, a Mahumetana secta apostatasse minime credantur, nec poenis hac in re infligendis multentur. Haec enim omnia, est, fides Christi in corde tenetur, fieri tamen nequeunt, sine Mahumetis errorum simulatione, sinceritati Christianae contraria; quae mendacium in re gravissima continet, & virtuale fidei negationem, maxima cum Dei injuria, Proximique scandalo, includit. Unde oportuna etiam praebetur Turcis ipsis occasio, Christifideles omnes, tamquam hypocritas & deceptores existimandi, atque adeo jure ac merito persequendi.

§. 2. Accedit praeterea ad morem, doloremque nostrum magis magisque augendum, quod nonnulli ex Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, atque ex Vobis quoque, Dilecti Filii Parochi & Missionarii, ad tam privatam ac detestabilem simulationem nihil animadvertentes, immo conniventes, atque inanius ad excusandas excusationes in peccatis rationum momentis adducti, eos Christifideles curae vestrae creditis, qui suspecta Turcica, seu Mahumetana Nomina assumunt, iisque vocari student, ad Sacramentorum participationem, sine ullo profluo conscientiae angore, & publica cum honorum Christifidelium offensione, admittere non vereantur.

§. 3. Hinc est, quod Nos, qui ex injuncta Nobis omnium Ecclesiarum sollicitudine, ac summa Sacrosancti Apostolatus procuracione, Christianos omnes interdici-

PONT. A. XIV. Collegia mixta ex utriusque sexus personis, regimini, vel jurisdictioni unius Abbatis, seu Praepositi, sive Prioris subjectis, ac de ejusmodi etiam Monasteriis, Capitulis, sive Collegiis praefatam Constitutionem esse intelligendam, prout ac si de iis quoque expressa, & specialis mentio habita fuisset: Adeoque pactiones, Capitulationes, concordata, seu statuta quaecumque hujusmodi, occasione electionis personarum praedictis Monasteriis, sive Capitulis, & Collegiis praepositorum, tum facta, tum quae deinceps fieri contingeret, tametsi interposita iurisdictioni religione roborata, dignas, moxque idoneas, quae assentiri forsitan reculantur iis pactionibus, quibus aliae minus idoneae, ad obtinendum electionis commodum, annuerent; similiter declarandum, & decernendum censuit, memorata Constitutione affici eas etiam pactiones, ante electionem, vel postulationem initas, quae caeteroquin Ecclesiae ipsis, vel Monasteriis utiles sint, vel quae intrinsecus, & per se consideratae, nullam mali suspensionem redeolant, sed quae ideo male sunt, quia jure humano, & per Sacros Canones, sive Apostolicas Constitutiones, ac praesertim illam Innocentii XII. interdicunt. Quo vero ad eas, quae post electionem vel postulationem fieri contingerent, servandam jidem esse memoratam Innocentii XII. Constitutionem, ut scilicet illae statim ad Summum Pontificem deferantur, & Sedis Apostolicae judicio subiciantur, suspensa interim earum executione, donec ab eadem Sancta Sede, sine cujus auctoritate nihil omnino in similibus pacifas est, confirmationis robur in totum, vel in partem obtineant. Facta autem per me infra scriptum praefatae Congregationis Secretarium de praemissis relatione Sanctissimo Domino Nostro, ejusdem Congregationis sententiam Sanctitas Sua approbavit; atque ita ab omnibus, ad quos pertinet, perpetue, & inviolabiliter servari, & judicari mandavit, cum omnibus etiam derogationibus praefatae Constitutioni Innocentii XII. inferitis; nec non Literas Apostolicas in forma Brevis super praesentis Decreti confirmatione, & approbatione expediri iussit.

§. 3. Praeterea, cum valde Ecclesiastica disciplinae interit omnem ambitiose cupiditati aditum praeccludere, ac providere, ne ullo modo etiam indirecte, laesa remaneat libertas eligendi personis magis dignas, moxque idoneas, quae assentiri forsitan reculantur iis pactionibus, quibus aliae minus idoneae, ad obtinendum electionis commodum, annuerent; similiter declarandum, & decernendum censuit, memorata Constitutione affici eas etiam pactiones, ante electionem, vel postulationem initas, quae caeteroquin Ecclesiae ipsis, vel Monasteriis utiles sint, vel quae intrinsecus, & per se consideratae, nullam mali suspensionem redeolant, sed quae ideo male sunt, quia jure humano, & per Sacros Canones, sive Apostolicas Constitutiones, ac praesertim illam Innocentii XII. interdicunt. Quo vero ad eas, quae post electionem vel postulationem fieri contingerent, servandam jidem esse memoratam Innocentii XII. Constitutionem, ut scilicet illae statim ad Summum Pontificem deferantur, & Sedis Apostolicae judicio subiciantur, suspensa interim earum executione, donec ab eadem Sancta Sede, sine cujus auctoritate nihil omnino in similibus pacifas est, confirmationis robur in totum, vel in partem obtineant. Facta autem per me infra scriptum praefatae Congregationis Secretarium de praemissis relatione Sanctissimo Domino Nostro, ejusdem Congregationis sententiam Sanctitas Sua approbavit; atque ita ab omnibus, ad quos pertinet, perpetue, & inviolabiliter servari, & judicari mandavit, cum omnibus etiam derogationibus praefatae Constitutioni Innocentii XII. inferitis; nec non Literas Apostolicas in forma Brevis super praesentis Decreti confirmatione, & approbatione expediri iussit.

P. Cardinalis Corradinus.
Dominicus Rovera A. S. Congreg. Secretarius.

Loco Sigilli.

§. 4. Hujusmodi autem tam providum, ac salubre Decretum, quo firmius subsistat, & servetur exactius, tenore praesentium, Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, ac de novo, quatenus opus sit, statuimus, & innovamus, atque illud ab omnibus quoscumque ordinis, gradus, status, ac dignitatis, in perpetuum servari, & custodiri praecipimus, & mandamus: decernentes, eadem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, siquae in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quorumquavis auctoritate scienter, vel contrariter contigerit attentari: quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Julii MDCCCLIV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

D. Cardinalis Passioneus.

Moc. Decr. Apostol. auct. dicitur. 1060. 24.

Et illius perpetue firmitati confirmari non obstantibus quibuscumque.

Dat. die 25. Julii 1754. Pont. XIV.

Et an etiam non illicitae pactiones prohib. Congreg. sacrosanctae. Mon. seu Coll. praedicta comp.

Iterata decreta quibus verum Christiand. quascumque ob causam Mahumetana nomina assumunt.

Borum quippe usas mendacium in re gravissima, & virtuale fidei negationem contineat.

Unde nullatenus recedat.

Nova Sanctioe damnatae, ac sancti Apostolatus procuracione, Christianos omnes interdici-

ANNO 1753. in viam salutis reducere, eosdemque puros, sinceros, in spiritu & veritate ambulantes, & absque macula, Deo exhibere tenemus, postquam Venerabiles Fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales contra Hæreticam pravitatem generales Inquisitores super hac re audivimus, de eorum consilio, primum quidem laudatum Concilii Albani vestræ Provinciæ Canonem renovantes, Apostolica auctoritate nostra tenore presentium confirmamus, & districte servandum mandamus; necnon memoratæ Ecclesiæ nostræ decreta ad vestram quoque Provinciam auctoritate & tenore paribus extendimus, & servanda itidem præcipimus: Deinde districte pariter prohibemus, ne quilibet ex Christianidelibus, quocumque casu vel prætextu, aut in quibusvis excogitabilibus circumstantiis, eadem Turcica, seu Mahumetana Nomina, ut Mahumetani credantur, assumere audeat.

§. 4. Porro, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Vos rogamus & in Domino hortamur, ut serio animo ministerium vestrum, & districte Supremo Pastorum Principi Jesu Christo Eterno Judici rationem de commissis unicuique vestrum ovibus a Vobis reddendam considerantes, & ipsi curetis per bona opera vestra certam electionem vestram facere, & minime omittatis, (quod sine gravissima incuriæ, negligentique vestræ culpa accidere non potest) eosdem Christianidelibus Provincie vestræ arguere, obsecrare, & increpare in omni patientia & doctrina, ut conversationem suam inter Gentes habentes bonam, in omnibus seipso præbeant exemplum bonorum operum, ut ii, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes malum dicere de ipsis, quasi male factoribus, qui turpis lucri causa aliud in ore, aliud in corde gerant. Quod si qui admonitionibus vestris & præceptis nostris non acquiescant, ad Apostolicæ disciplinæ normam, virga compefci debent, & circa ipsos Albanensis Synodi vestræ, & districte Epistolæ nostræ, sanctiones & pœnæ omnino exequendæ sunt, quibus in vita Sacramentorum, & post mortem, si impetentes decesserint, suffragiorum incapaces declarantur. Quas quidem pœnas iterum, quatenus opus sit, innovamus & infligimus, & debite executioni a Vobis mandandas volumus, & injungimus. Hoc autem nemini ex Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, datum esse debet; quoniam nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Schismaticorum & Hæreticorum, quorum tamen nullus Mahumetanus Nomen assumere presumat, non intrabit in Regnum Cœlorum.

§. 5. Illos denique, qui ex Mahumetanis Christiani sunt facti, vel qui illorum sunt filii, si de sua in Fide constantia diffidant, vereanturque, ne si Turcica deponant nomina, Dominantium pœnas incurant, eisdemque subire formident, serio admonentur, ut omnino regiones illas occulte deserant, & ad Terras Christianorum accedant, atque confugiant, in quibus & Deus, qui dat escam omni Carni, & Fidelium Caritas minime ipsis deerit; maxime si Episcoporum commendatitiis Epistolis muniantur. Interim Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam a quolibet Venerabili Fratre Antistite in sua Diocesi Christianidelibus Orthodoxis nostro nomine impendi volumus, peramanter elargimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die prima Augusti MDCCCLIV. Pontificatus Nostri Anno XIV.

ECCLIASTICIS

Omnibus Ritus Slavo-Latini præcipitur ut in Missis & Divinis Officiis Slavam litterale idioma cum characteribus Hieronymianis retineant, & Missalibus, Breviariis &c. utantur typis Congregationis Propagandæ Fidei editis.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

EX pastoralis munere, quo Romani Pontifices Catholicæ præstant Ecclesiæ, eamque moderantur,

etiam

Tob certis Spiritibus pœnis, quorum executione Episcopus committitur

Diffidentes de sua in Fide constantia ad Christianorum terras secesserint, horantur.

Dat. die 1. Aug. anno 1754. Pontif. anno 14.

Pontificis sollicitudo, ne novitates & abusus in Sacros Ritus introgant.

consequuntur Prædecessores Nostri vigilem curam, ut, in Sacris peragendis, suos unaqueque Natio legitime investitus Ritus Religiose custodiat, ejusque idiomatis uniformitatem retineat, quo illius respectu Majores in Missæ Sacrificio, Divinique Officii usi dignoscuntur; prohibentes ne quid a prisca lingua, vulgaribus licet dicendi formalis immutata, deflectatur, omnemque adhibentes operam, ut abusus procedentibus temporibus insolentes eradicaent.

§. 1. Cum itaque ex fide dignorum testimonio acceperimus, in Sirmo Slavo-Latinum, quam felicis recordationis Prædecessor Noster Joannes Papa VIII. fideli ac religiose Nationi Illyricæ, una cum idioma, quod nunc Slavam litterale appellant, & characteribus: quos Hieronymianos dicunt; adhibendum concessit, & successivis temporibus recolendæ memoriæ Prædecessores pariter Nostri Urbanus VIII. & Innocentius X. dum Missale, & Breviarium eodem idiomate, & characteribus, excudenda typis traderentur, iteratis vicibus confirmantur, nonnullos interepere abusus, Apostolicæ Sedis intentionibus, institutisque contrarios, perniciosam aliquorum libertate, qui audent Missas, insertis Orationibus & precibus Slavo vulgari sermone conscriptis, componere; Initium quoque Evangelii secundum Joannem: & Psalmum *Lavabo*, eadem vulgari lingua, latinisque characteribus impressa, nulla desuper a Nobis sacrate, & approbatione præobtentâ, sibi, aliisque Sacerdotibus legenda proponere: Idcirco ne hujusmodi abusus, qui eandem Ritum miscere ac turbare facile possent, latius progrediatur; postquam aliis Nostri editis Constitutionibus, nimirum quinquagesima septima, cui initium *Est pastoralis*, & octogesima septima incipiente *Demandatum caluit*, quæ extant in Bullarii Nostri Tom. 1. p. 167. & 290. Græcorum Rituum conservantibus, & integritatis, pro Italo-Græcorum, & Græco-Melchitarum Nationibus, abunde providimus; eandem nunc sollicitudinis Nostre curam ad Illyricam Nationem convertentes, supremam, qua fungimur Apostolica auctoritate, volumus, præcipimus, atque mandamus, ut Ecclesiasticos omnes & Sacerdotes Seculares, quam cujuscumque Ordinis, aut Instituti Regulares, qui Ritum Slavo-Latinum profitentur, in Augustis Altaris Sacrificio, & in horis Canonici, aliisque divinis Officiis persolvendis ac obaudiendis, Missalia, Tabellas, & Breviaria characteribus Hieronymianis impressa typis Congregationis Propagandæ Fidei, quæque impofterum hujusmodi imprimantur, non sine prævisi opportunitis revisionibus, & approbationibus, aliisque diligentibus hancque adhibitis, & deinceps adhibendis a Viris doctis, & Slavo-Latinum idioma, ac Hieronymianos characteres apprime collentibus, quemadmodum per plura antea facta sæcula ab Illyrico Clero servatum studiose fuit, ita deinceps omnino adhibere debeant, & teneantur: utque in posterum nemo ex prædicto Clero, in Missis celebrandis, aut in divinis Officiis persolvendis, Orationes & Præces, quæ nostræ, & Apostolicæ Sedis auctoritate examinatae non fuerint, & approbate, recitare, aut quoquo modo adhibere audeat, seu præsumat.

§. 2. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostri Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum Diocesi Ritus Slavo-Latinus viget, committimus, atque injungimus, ut pro zelo & sollicitudine, qua tenentur creditis sibi Ovibus præesse, & Sacrorum Ecclesiæ Rituum integritati advigilare, sedulam exactamque hujusmodi Nostre voluntatis, ac districte præcepti executionem curent, atque urgeant, ac novitates omnes, irreptosque quoslibet abusus eliminant, adhibitis efficacioribus remediis a Sacris Canonibus in persequendis & refractariis indidit; familia vero successivis temporibus attentari minime patiantur.

§. 3. Decernentes has Nostras Litteras, & in eis contenta hujusmodi, semper & perpetuo firma, valida, & efficacia existere & fore, suisque plenariis & integros effectus fortiri & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, horumque Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Nuntios, & quovis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublati eis, &

etiam

Ritus Nationis Illyricæ concessus Jo. VIII.

Interv. plurimorum interpresibus

Quibus prævisis, uti notis, quædam hujusmodi committuntur.

Quorum Archiepiscopus, Episcopus, &c.

Decreta præmissorum hujusmodi.

PONT. A. XIV. eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerint tentari.

§. 4. Non obstantibus contrariis quibusvis, etiam in Synodalibus forsan, aut Provincialibus Conciliis quævis Constitutionibus, aut Decretis; Privilegiis quodvis, & Indultis eidem Nationi Illyricæ, ejusque Ecclesiis, atque Præsulibus, quavis etiam Apostolica auctoritate concessis, ac iteratis vicibus confirmatis, & innovatis, ac usibus, styliis, & consuetudinibus quantumvis diuturna observantia firmatis; quibus omnibus, & singulis, tenore presentium, & ad præmissum effectum, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut eorumdem presentium Litterarum transumptis fidei exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem proflus fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel offensæ.

§. 6. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostre Declarationis, inhibitionis, præcepti, mandati, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, octavo Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

D. Card. Passioneus.
J. Card. Pro-Datarius.
VISA DE CURIA.
J. C. Boschi.
Loco + Plumbi.
J. B. Eugenius
Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die, 9. mensis Novembris. 1754.

XXXIX. QUINQUEECLESIIENSIS

Episcopus, ejusque successores, perpetua Pallii usus, ac præstantiæ Crucis concessione donantur, sub certis modis ac conditionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in Beati Petri Sede ad universæ Ecclesiæ regimen a Deo constitutus, dum Apostolicæ benignitatis favores inferiorum Ecclesiarum Præsulibus circumspicte liberalitate distribuit, non modo supremam illam exercet potestatem, quam sibi veluti hereditate relictam agnovit a Beatissimo Apostolorum Principe, a quo, ut Sanctus Innocentius inquit, *Episcopatus ipse, & tota auctoritas nominis hujus emersit*; sed illud præterea efficit utad, et animarum Pastores sacris honoribus aucti, majorem sibi a subiectis Populis reverentiam concilient, atque ita uberioris spiritualis sollicitudinis suæ fructus ex eorum docilitate & obedientia percipiant.

§. 1. Porro inter extimia sacræ dignitatis decora, quæ ab Apostolica Sede diversis per Orbem Ecclesiis, etiamque Antistitibus, indulgeri consueverunt; & Sacri Pallii usus, & jus præferendi Sanctissimæ Crucis signi, merito numerantur. Quorum primum illud, materiae quidem simplicitate, ipsaque sui specie exiguum, sed Pontificæ Benedictionis munere, & mysteriorum significatione pretiosum, e sanctiori Ecclesiæ Thesauro, nimirum ex Veneranda Beati Petri Apostoli Confectione desumptum, certis dumtaxat, tributis insignium Ecclesiarum Præsulibus, iidemque enixe postulantibus, & pe-

Bull. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

culiarem obedientiam & fidem Romano Pontifici, solemnissimis iuramentis interpositione, sponte dedit; Ut, sicut olim Dominus noster Jesus Christus, ovium suarum curam eidem Beato Petro committens, conditionem posuit dicens: *Si diligis me, pascere Oves meas*; Ita non aliis præstantiora hæc Pastoralis Officii insignia tradantur, quam qui Apostolicæ Sedi subjectionis debitæ signa persolvant, quæ ipsos cum Beato Petro tamquam membra de membro habere, & Catholicæ capituli unitatem servare declarent.

§. 2. Erectæ autem Crucis delatio, Salvatoris nostri, cuius legatione fungimur, humilitatem pariter, & potentiam declarat, atque ita intantum animos allicit ad illius excipiendæ præcepta, qui exaltatur a terra, omnia traxit ad se ipsum, ut simul etiam prævaricatores admoveat, hoc idem Crucis signum in Cælo fore, quod Dominus ad judicandum Orbem Terræ in splendore Majestatis advenit. Quæ quidem Indulta, licet olim solis Apostolicæ Sedis Vicariis concedi consueverint, deinde vero omnium Ecclesiarum Metropolitanarum Præsulibus communicata, ad Minores autem Ordinis Antistites, nimirum ad simplices Cathedralium Sedium Episcopos, nequaquam extensa fuerint; nihilominus omnium sæculorum monumenta testantur, eadem præclaris quibusdam Ecclesiarum Pastoribus, etiam Metropolitanico jure & potestate carentibus, ex Apostolicæ Sedis indulgentia, nunc personali privilegio peculiaribus ipsorum meritis debito, nunc autem perpetua concessione, ad illustrium Ecclesiarum splendorem augendum, cumulatundumque, tributa fuisse.

§. 3. Cum itaque Ecclesiæ Quinqueeclesiensis, Provincie Strigoniensis, in Hungariæ Regno constituta, Sancti Stephani I. quondam Hungariæ Regis pia liberalitate fundata atque dotata, & tam in Ecclesiastica Hierarchia, quam in prædicti Regni Ordine multis nominibus clara, & illustris, hac olim prærogativa, de tempore recol. mem. Innocentii Papæ III. Prædecessoris nostri gavisa fuisse dignoscatur, ut illius Episcopus, ex Romani Pontificis concessione, Pallio uteretur, quod constat ex ejusdem Innocentii Papæ literis solatis in Cap. *Quam in Jurvetur, de præsumptionibus*; Et licet aliquorum opinione, eorum probabilior sententia videatur, qui Indultum ejusmodi tunc existentis Episcopo dumtaxat, non autem illius Successoribus tributum fuisse putant, quum tamen major Canonistarum, aliorumque Scriptorum numerus, privilegium ipsam Ecclesiæ Quinqueeclesiensis, ejusque Episcopi, pro tempore existentibus concessum, nec nisi ob lacrymabiles ejusdem Ecclesiæ vicissitudines, quæ sub gravissimo Turcarum jugo diu oppressa jacuit, amissum fuisse arbitretur; Hinc factum est, ut plures ejusdem Ecclesiæ Episcopi, dum illius statum Apostolicæ Sedi præscriptis temporibus de more referrent, & opportuna suis rebus postulata proponerent, ad prædicti privilegii usum se se reintegrari petierint. Quod cum etiam nuper existens Quinqueeclesiensis Episcopus in sua relatione, quam anno 1748, per occasionem vilitationis Sacrorum Liminum, ad Nos & Apostolicam Sedem transmisit, atque iterum Ven. Fratres Georgius Modernus ejusdem Ecclesiæ Antistites, existens præcibus postulaverint; eorum autem votis Carissima in Christo Filia Nostra Maria Theresia Hungariæ & Bohemiarum Regina Illustris, in Romanorum Imperatricem Electam gravissimum supplicationis suæ suffragium adjunxit; Nos, attentis præmissis, & tam devotionis nostræ affectum erga memoriam Beati Regis ejusdem Ecclesiæ Fundatoris de Catholica Fide & Religione optime meriti, quam paternæ voluntatis nostræ studium, erga ipsam Mariam Theresiam Reginam & Imperatricem Electam, cujus egregia ad hunc diem extiterunt in Nos, & Apostolicam Sedem officia, amplius declarare volentes, præfati etiam Georgii moderni Quinqueeclesiensis Episcopi zelum atque virtutes justa æstimatione pensantes, eundemque a quibusvis suspensionibus, & interdictionibus, &c. censentes: eidem Georgio Episcopo, ut ipse & ejus Successores Ecclesiæ Quinqueeclesiensis Præsules pro tempore existentes, de cetero perpetuis futuris temporibus Sacrum Pallium in solemnitatibus & functionibus in Pontificali Romano descriptis, induere, & gestare, ac etiam Crucem ad instar Archiepiscoporum ante se elevari & gestari facere, in dicta Quinqueeclesiensi Civitate & Diocesi dumtaxat, & ceteris tantum non alibi omnino, sive in cæteris Diocesiibus, si modis ac

Quinqueeclesiensis Ecclesiæ creditur ac dignitas.
Hujusmodi Indultum illi personale.
Perpetua abbas.

Interatque Quinqueeclesiensis Episcopi & Regine Hungariæ & Bohemiarum Imperatricis Electæ præces.
Quorum obsequio memoriam, & Beati Stephani Fundatoris & Apostolicam Sedem officia, amplius declarare volentes.

Quorum obsequio memoriam, & Beati Stephani Fundatoris & Apostolicam Sedem officia, amplius declarare volentes.

Perpetua Indultum illi personale.
Quinqueeclesiensis Episcopi & Regine Hungariæ & Bohemiarum Imperatricis Electæ præces.
Quorum obsequio memoriam, & Beati Stephani Fundatoris & Apostolicam Sedem officia, amplius declarare volentes.

Perpetua Indultum illi personale.